



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**LEGVM PON||TIFICIARVM GRE-||gorij noni, seu  
Decretalium pentateu-||chus**

**Mesnart, Martin**

**Parisiis, 1555**

xi. De his quæ siunt à maiore parte capituli.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63486](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63486)

## De his quæ fi. à mai. par. cap.

ipsive cui prius, fiet, priori præiudicato.

*De his quæ fiunt à maiore parte capituli. Tit. II.*

1. *Cum in  
sanctis.*

**I**N cunctis ecclesiis quod pluribus & sanioribus fratribus visum fuerit, incunctanter observator. Id, nisi à paucioribus & inferioribus quid rationabiliter obiectum & ostensum erit, adpellatione remota præualeto, suum effectum consequitur. Nemo aduersus id iuramentum de conseruandis ecclesiæ consuetudinibus prætendito. Si quis huiusmodi consuetudines nec rationabileis, nec sacris institutis congruentes iurassit: donec dignam pœnitentiam egerit, à perceptione dominicæ synaxis extorris esto.

3. *Ex ore.*

Vnde capitulo ad dignitatem quenquam elegente, si quis à maiori parte tam numero quàm dignitate eorum quos elegendi ius habere constabit electus erit: communis ecclesiæ ordinatio, nec si ab eo adpellatio interposita erit cui de dignitate prouideri à Ro. pontifice mandatum fiet, siue nondum ipse de ea inuestitus, siue perperam inuestitus fuerit, aut rectè inuestitus deinde verbo seu facto iuri suo renunciaisset, ne impeditor.

4. *Ex parte.*

Sic & quod episcopus tractatu communiter habito cum suo capitulo de restauratione fabricæ ecclesiæ suæ ac maior & sanior pars capituli creuerit, sciuerit, equaliter hoc omnes sequuntor: plurimorum sententia obtineto.

2. *Questio.*

Nemo cathedralis ecclesiæ canonicus ob pen-



tionem ecclesiæ debitam nec redditam, aut clerici alicuius parrochianive delictum, ecclesiam sine episcopi & aliorum canonicorum ad sensu interdicto subponito. si à quoquam seu quibusdã canonicis factũ erit: hoc episcopus ne observato, neve vt ab aliis observetur sustineto. **Qui** id deliquerit ecclesiasticæ coërcioni subiaceto.

Peccata suos authores tenento. Pœna vlteriùs quàm delictum in excedente repertum erit ne protrahitor.

*Vt ecclesiastica beneficia sine deminutione conferantur. Tit. 12.*

**N**emo ex pactione conventionève quacunque sub quouis modo aut tenore nudum officium beneficii ecclesiastici cuiquam concedito, & sibi prouentus retineto. Nemo beneficium ecclesiasticum conferendo partem prouentuum suis vsibus retineto. Ecclesiastica beneficia sine deminutione conferuntor. tantum si prælatus ante donationem beneficii pro iusta & necessaria causa prouentus ipsos ad tempus retineri constituerit, nulla cum eo qui beneficium accepfit, mediatorève aliquo conventionē facta, hoc ratum & licitum esto. *1. Vt nostrum.*

*De rebus ecclesia alienandis vel non. Tit. 13.*

**L**aicis quãuis religiosis de reb<sup>9</sup> ecclesiæ disponendi nulla potestas esto. **Quę** cõstitutiones *12. Cũ laicis.*

O iiii